

Invidiæ
Proſopo-
pœia.

Invidiæ
obnoxii
ſunt hu-
mili ani-
mo præditi.

Virtuti cū
invidia ni-
hil eſt com-
mercii.

Invidiæ
forma ab
effectu.

Invidi
fiunt ſaxei

Principes
libidinoſi
ſimiles
ſunt tau-
rorum.

Prima invidia ipſius domus in Gallibus imis, ſignificat huic morbo obnoxio eſſe homines, non excelſo ſed humili animo præditos. nemo enim, ut dici ſolet, alterius Virtuti invidet, qui ſua confidit. Docent autem Phyſici, hos plerumq; hu- mili ac deiecto animo eſſe, quibus ſanguis in eſt frigidior: ideo eſt invidia domus eſt.

TRISTIS, ET) Deinde, quia virtuti ac ſapientie cum invidia nihil eſt commercii. hanc ob cauſam Pallas non intrat ipſius limen, ſed poſtes extrema cuſpide pulſat, hoc eſt, ipſam commovent invidiam. His enim rebus, vir- tute ac ſapientia, ſolet invidia concitari. Poſtremo elegan- ter deſcribitur ipſius forma ab effectu:

Pallor in ore ſedet, &c.

Hoc eſt, obtrectatores pleni ſunt acerbicatis; nihilq; eſt illis virtutentius: unde natum eſt proverbium, Sycophan- te morſum eſſe incurabilem.

SAXUM IAM] Aglauros mutata in ſaxum, ſignifi- cat invidos ac malevolos fieri ſaxeos, hoc eſt, aſperos eſt ab omni humanitate alienos. nil eſt enim aſperius, nihil in- humanius, quàm invidere alterius rebus ſecundis, quæ nihil nocent invidenti.

FAB. XIII. HAS VBI &c.

De Europa à Tauro rapta.

Accommodari poteſt ad Principes libidinoſos eſt puella- rum raptu infames; qui amatoris levitatibus dediti, obliſciuntur perſonæ quam ſuſtinent, ſiuntque ſimiles taurorum. eiuſmodi enim Principem videtur Ovidius hic depingere, cum inquit:

Non bene conveniunt, &c.

Ceterum, quod ad hiftoriam attinet, Europa Agenoris filia, à Cretenſibus rapta eſt in Cretam abducta eſt navi, in qua taurus erat pictus. Iupiter vero, qui eo tempore regnabat in Creta, liberos ex ea genuit, Minoa eſt Rhadamantum. indenata eſt fabula de

Europa à Tauro rapta.

FAB V.